Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25955
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uenire ad te sup aquas. Dn̄e inquit si tu es immo quia tu es. tua
est potentia. tua ē fortitudo. ut uenire me iubeas ad te sup aquas.
idē ut facias quatin9 spe ad amorē tuū pueniendi. cunctas calcare
ualeam concupiscentias hui9 mundi. At ipse ait. Veni. Dei namq;
dicere ē ei9 facere. Quod enī dicit. ueni. hoc ē qđ pio desiderio electoꝝ.
sic se humilianciū. effectū tribuit. ut uideł uoluptates sc̄li gressib9
amoris ei9 calcare ualeant. & ipsum desiđando. ipsum amando.
soli illi soliū inhereant. Postquā autē internam mentis quietē
q̇s adeptus fuit. etiam hoc qđ sequit̄ in se expiri poterit. Et des
cendens PETRVS de nauicula. ambulabat sup aquā ut ueniret
ad ih̄m. Notanda ē conuenientia uboꝝ. & tunc q̇d dulcedinis. qđ
gr̄e in se contineant fiet pspicuū. Et descendens inquit PETRVS
de nauicula. Quando nāq; electus q̇sq; qui merito agnoscens
dici ualet ecc̄e. tam mirā & ineffabile in se diuine pietatis grām
redundare conspicit. descendit utiq; de nauicula. idē de humilia
to corde magis magisq; ad humilitatē pficit. sicq; fit ut in illa
hora qua p humilitatis donum tam pxima dō efficit̄ anima.
om̄s homines tam inimicos quam amicos dulci amoris affectu
cōplectatur: nec iam malū p malo cuiq̄ reddere delectet̄. s; hoc
apud se delibat. ut si illi irrogatum fuerit liberit̄ amplectat̄ equa
nimit̄ ferat. immo bonum p illato malo retribuat. Tunc & sup
aquas ambulat. quia iam uere & pfecte cuncta t̄rena desiđia
calcat. Ambulat pfecto. quia dulcit̄ de uirtute in uirtutē pficit.
donec uideatur d̄s deoꝝ in syon. Pspera cuncta despicit. aduersa
pacient̄ suscipit. tantum ut ad ih̄m ueniat. idē p intime contem
plationis dulcedinē. dō magis magisq; pximus fiat. S; quia q̄n
tum felix anima in dō pficiat. quantū sublimis in contēplatio
ne fiat. nunq̄ tam̄ temptationib9 carebit. quādiu t̄rena in habi
tatione aggrauat̄. recte nc̄ subinfert. Videns u̇ ualidū uentum
timuit. Ꝑ uentum hoc in loco humane laudis fauor pot̄ intelligi.